



Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Complectens Primam Secundæ, & Secundam Secundæ Summæ
Theologiæ

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

4 De diuisione gratiæ gratis datæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72759](#)

QVAEST. CXL.

ARTIC. IIII.

E unus effectus est posterior uno effectu, & prior alio, ita gratia potest dici praeueniens, & subsequens secundum eundem effectum respectu diuersorum, & hoc est quod * Aug. dicit in li. de natura & gratia. Praevenit ut sanemur, subsequitur ut sanati uegetemur; præuenit ut uocemur, subsequitur ut glorificemur.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod dilectio Dei nominat aliquid eternum, & ideo nunquam potest dici nisi praeueniens; sed gratia significat effectum temporalem, qui potest procedere aliquid, & ad aliquid subsequi, & ideo gratia potest dici praeueniens, & subsequens.

AD SECUNDVM dicendum, quod gratia non diuer sificatur per hoc, quod est praeueniens, & subsequens secundum essentiam, sed solum secundum effectum sicut de operante & cooperante dictum est. Quia et secundum quod gratia subsequens ad gloriam pertinet, non est alia numero a gratia praeueniente, per quam nunci iustificamur. Sicut enim charitas uix non euacuatur, sed perficitur in patria, ita etiam & de lumine gratiae est dicendum, quia neutrum in sui ratione in perfectionem importat.

AD TERTIUM dicendum, quod quamvis effectus gratiae possint esse infiniti numero, sicut sunt infiniti actus humani, tamen omnes reducuntur ad aliqua determinata in specie: & preterea omnes conueniunt in hoc, quod unus alium praecedit.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum gratia gratis data conuenienter ab Apostolo diuidatur.

AD QUARTVM sic proceditur. Videtur, quod gratia gratis data inconvenienter ab Apostolo distinguitur. Omne enim donum, quod nobis a Deo gratis datur, potest dici gratia gratis data: sed infinita sunt dona, quae nobis gratis a Deo conceduntur tam in bonis animis, quam in bonis corporis, quae ramenos Deo gratos non faciunt. ergo gratia gratis data non possunt comprehendendi sub aliqua certa diuisione.

T2 Præterea. Gratia gratis data distinguitur contra gratiam gratum facientem: sed fides pertinet ad gratiam gratum facientem, quia per ipsam iustificamur, secundum illud R. o. 5. Iustificati igitur ex fide &c. ergo inconvenienter ponitur fides inter gratias gratis data, præfertim cum aliæ uirtutes ibi non ponantur ut spes, & charitas.

T3 Præterea. Operatio sanitatum, & loqui diuersa genera linguarum, miracula quadam sunt. Interpretatio etiam sermonum ad sapientiam, uel scientiam pertinet secundum illud Dan. 1. Pueris his dedit Deus scientiam, & disciplinam in omni libro, & sapientiam. ergo inconvenienter diuiditur gratia sanitatum: & genera linguarum contra operationem uirtutum, & interpretatio sermonum contra sermonem sapientia & scientia.

T4 Præterea. Sicut sapientia & scientia sunt quædam dona Spiritus sancti, ita etiam intellectus, confilium, pietas, & fortitudo, & timor, ut supra dictum est: ergo hec etiam debent poniri inter gratias gratis data.

SED CONTRA est, quod Apostolus dicit primæ ad Corinthios 12. Alii per spiritum datur sermo sapientia, alii autem sermo scientia secundum eundem spiritum, alteri fides in eodem spiritu, alii gratia sanitatum, alii operatio uirtutum, alii prophetia, alii discratio spirituum, alii genera linguarum, alii interpretatio sermonum.

RESPON. Dicendum, quod sicut * supra dictum

est, Gratia gratis data ordinatur ad hoc, & cooperetur, ut reducatur ad Deum: non hoc operari non potest interius mouendo, solum Dei est, sed solum exterius docendo, suadendo. Et ideo gratia gratis data illud habet, quibus homo indiget ad hoc, quod est struit in rebus diuinis, quæ sunt supradicta. hoc autem tria requiruntur. Primo quidem homo sit fortis plenitudinem cognitionis, ut ex hoc instruere alios possit. Secundum sit confirmare, uel probare ea quæ dicit, atque efficax eius doctrina. Tertiò, ut ea quæ possit conuenienter auditoribus proferri, igitur ad primum, tria sunt necessaria, scilicet ueritas, ueritas, & debet alium instruere in aliquas scientias, primum ut principia illius scientiarum sint ei certa, quantum ad hoc ponitur fides, quae est certa rebus inuisibilibus, quæ supponuntur ut prima catholica doctrina. Secundò, oportet quod recte se habeat circa principales conclusiones, & sic ponitur sermo sapientia, quae est diuinorum. Tertiò, oportet ut etiam abundet, & cognitione efficiatur, per quos manifestare causas: & quantum ad hunc sermo scientia, quæ est cognitio rerum humanarum, quia inuisibilia Dei, per ea quæ facta sunt, conspiquuntur. Confirmatio autem in his duntur rationes, est per argumenta. In his sunt supra rem diuinitatis revelata, contenta per ea quæ sunt diuinæ uirtutis propria: dicitur. Vno quidem modo, ut doctor faciat, quæ solum Deus facere potest in operibus suis, sive sint ad salutem corporum, & quae hoc ponitur gratia sanitatum, sive ordinatio diuinæ potestatis manifestationes, sicut q[uod] tenebrescat, quod mare diuidatur, & quantum ponitur operatio uirtutum. Secundò, ut possit manifestare ea, quæ solum Dei est sciens, & hec sunt futura: & quantum ad hoc ponitur gratia occulta cordium, & quantum ad hoc secretio spirituum. Facultas autem pronuntiatur, uel quantum ad idioma, in quo aliud intelligi, & secundum hoc ponunt generaliter, uel quantum ad sensum eorum, quæ sunt propria & quantum ad hoc ponitur interpretatio.

AD PRIMVM ergo dicendum, q[uod] sicut est. Quid est, non omnia beneficia, quae nobis conceduntur, gratia gratis data dicuntur, sed illa quæ excedunt facultatem naturæ, sicut genitrix abundant sermone sapientia, & scientia, & alii modi: & talia ponuntur hic sub gratia gratis data.

AD SECUNDVM dicendum, quod fides non ratur hic inter gratias gratis data, secundum hoc est quædam uirtus iustificans hominem in se, sed secundum hoc, quod importat quantum enim est certitudinem fidei, ex qua hominem ad instruendum alios de his, quæ ad fidem pertinent. Spes autem & charitas pertinent ad uirtutem, secundum quod per eam homo in Deum uenit. Secundum quod per ea homo in Deum uenit.

AD TERTIVM dicendum, quod gratia gratis data distinguitur a generali operatione, quia habet specialem rationem inducentiam ad quam aliquis magis promptus redire possit, & corporalis sanitatis, quam per fidem interpretari sermones, habent speciales qualitates mouendi ad finem: & ideo ponuntur gratia gratis data.

QVAEST. CXI.

Ad QVARTVM dicendum, q̄ sapientia & scientia nō computantur inter gratias gratis datas, secundū quod enumerantur inter dona Spiritus sancti, prout scilicet mens hominis est bene mobilis per Spiritū sanctum ad ea, quae sunt sapientiae & scientiae: sic enim sunt dona Spiritus sancti, ut supra dictum est. Sed computatū inter gratias gratis datas, secundū quod importat quandam abundantiam scientiae & sapientiae, ut homo possit non solum in seipso recte sapere de diuinis, sed etiam alios instruere, & contradicentes reuincere. Et ideo inter gratias gratis datas significatur primo sermo sapientie, & sermo scientiae: quia ut *Augustinus dicit 14. de Trinitate, aliud est scire tantummodo quid homo credere debeat propter adipiscendam vitam beatam, aliud est scire quem admodum hoc ipsum & p̄ ipsi optule tur, & contra impios defendatur.

ARTICVLVS V.

Vtrum gratia gratis data sit dignior quam gratia gratum faciens.

Ad QVINTVM sic proceditur. Videtur, quod gratia gratis data sit dignior quam gratia gratum faciens. Bonum enim gentis est melius, quam bonum unius, ut *Philof. dicit in 1. Ethic. sed gratia gratum faciens ordinatur solum ad bonum unius hominis: gratia autem gratis data ordinatur ad bonum cœlestium Ecclesiarum, ut sup. dicti est. ergo gratia gratis data est dignior, q̄ gratia gratum faciens.

Praeterea Maior is virtus est, quod aliquid possit agere in aliud, quam quod solum in seipso perficiatur: sicut maior est claritas corporis, quod potest etiam alia corpora illuminare, quam cuius quod ita in se luceat, quod alia illuminare non potest. Propter quod etiam *Philosoph. dicit in 5. Ethicorum, q̄ iustitia est præclarissima uirtutum, per quam homo recte habet etiam ad alios: sed per gratiam gratum facientem homo perficitur in seipso: per gratiam autem gratis datum homo operatur ad perfectionem aliorum. ergo gratia gratis data est dignior, quam gratia gratum faciens.

Praeterea id quod est proprium meliorum, dignius est quam id quod est commune omnium, sicut ratiocinari, quod est proprium hominis, dignius est, quam sentire, quod est commune omnibus animalibus: sed gratia gratum faciens est cōs omnibus membris Ecclesiarum, gratia autem gratis data est proprium dominum digniorum membrorum Ecclesiarum. ergo gratia gratis data est dignior quam gratia gratum faciens.

Sed CONTRA est, quod Apost. 1. ad Corint. 12. enumerat gratias gratis datas, subdit. Adhuc excellentiorem uiam uobis demonstro. Et sicut per subsequentia patet, loquitur de charitate, quae pertinet ad gratiam gratum facientem. ergo gratia gratis faciens excellentior est quam gratia gratis data.

RESPON. Dicendum, q̄ unaquæque uirtus tanto excellentior est, quanto ad altius bonum ordinatur. Semper autem finis potior est his, quae sunt ad finem: gratia enim gratum faciens ordinat hominem immediate ad coniunctionē ultimi finis: gratia autem gratis data ordinat hominem ad quedam præparatoria finis ultimi: sicut per prophetam & miracula, & alia huiusmodi, homines inducuntur ad hoc, quod ultimo fini coniungantur. Et ideo gratia gratum faciens est multo excellentior, quam gratia gratis data.

ARTIC. V.

257

Ad PRIMVM ergo dicendum, quod sicut* Philos. dicit in 12. Met. Bonum multitudinis, sicut exercitus, est duplex. Vnum quidem quod est in ipsa multitudine, puta, ordo exercitus: aliud autem est quod est separatum a multitudine, sicut bonū ducis. Et hoc melius est quia ad hoc etiam illud aliud ordinatur. Gratia autem gratis data ordinatur ad bonum communem Ecclesiarum, quod est ordo ecclæsticus: sed gratia gratum faciens ordinatur ad bonum commune separatum, quod est ipse Deus. Et ideo gratia gratum faciens est nobilior.

Ad SECUNDVM dicendum, q̄ si gratia gratis data posset hogagere in altero quod homo per gratiam gratum facientem cōsequitur, sequeretur q̄ gratia

Bgratis data esset nobilior: sicut excellentior est claritas solis illuminantis, q̄ corporis illuminari. Sed per gratiam gratis datum homo non potest causare in alio coniunctionem ad Deum, quam ipse habet per gratiam gratum facientem, sed causat quamdam dispositiones ad hoc. Et ideo non oportet, q̄ gratia gratis data sit excellentior: sicut nec in igne calor manifestarius speciei eius per quam agit ad inducēdum calorem in alia, est nobilior quam forma substantialis ipsius.

Had TERTIVM dicendum, q̄ sentire ordinatur ad ratiocinari sicut ad finem, & ideo ratiocinari est nobilior. Hic autem est econuerio: quia id quod est proprium, ordinatur ad id, quod est commune sicut ad finem: unde non est simile.

QVAESTIO CXII. **Super Quæst. 112.**
Articulum primum.

De causa gratiae, in quinque articulos distincta.

DE INDE considerandum est de causa gratiae. Et circa hoc queruntur quinque.

Primo, Vtrum solus Deus sit causa efficiens gratiae.

Secondo, vtrum requiratur aliqua dispositio ad gratiam ex parte recipientis ipsam per actum liberi arbitrii.

Tertio, vtrum talis dispositio possit esse necessitas ad gratiam.

Quarto, vtrum gratia sit equalis in omnibus.

Quinto, vtrum aliquis possit incire se habere gratiam.

ARTICVLVS PRIMVS.
Vtrum solus Deus sit causa gratiae.

Ad PRIMVM sic procedatur. Videtur quod nō solus Deus sit causa gratiae. Dicitur enim Ioan. 1. Gratia & veritas per Iesum Christum facta est: sed in nomine Iesu Christi intelligitur non solum natura diuina assumens, sed etiam natura creata assumpta. ergo aliqua creatura potest esse causa gratiae.

Praeterea ista differentia ponitur inter sacramenta nouę legis & veteris, quod sacramenta nouę legis datur ex meritis propriis.

Prima Secunda S.Tho.

KK